



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apollinis Judicium politicum in Monteparnasso Contra
Monarchiae sectatores**

Boccalini, Traiano

Messinae, 1671

Decisio instituta in Parnasso de excellentia Romæ, & Neapolis.
Comparatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13233

• 06) (203) (86)

NOVA ADIECTIO

A D

L A P I D E M
L Y D I V M.

*Decisio instituta in Parnasso de excel-
lentia Romæ, & Nea-
polis.*

C O M P A R A T I O.

Libretto perscriptum est, die XVII.
hujus mensis sub porticu serenis-
simarum Musarum aliquibus poe-
tis differentibus de comparatione Ro-
mæ & Neapolis ; Ludovicum Tansil-
lum temere & inconsidere dixisse, sub-
urbia Neapolis esse majora universa Ro-
ma. Cui petulanti mendacio regessisse H.
Carum Tansillo, esse id mendaciū Poeti-
cum.

cum. Quoniam vero viri insignes nobilissimæ Parthenopes ejusmodi sibi inflictam injuriam graviter tulissent, impetum in Carum fecisse, quem continuo ab suæ nationis poëtis, eodemque Marchionatu natis esse adjutum. Jamque ab una & altera parte occupari animos in prohibito carminum genere, inque pangendis versibus punctum cæsimque vulnerantibus, quibus acre iniretur certamen.

Ubi rumor ad Apollinis aures pervenit, mox illuc Mutium Justinopolitanum misit, qui sedavit tumultum, & utrumque exegit, ut promitterent, neutram partem alteri incommodaturam. Et quoniam literati antehac ob similes causas ad arma devenissent, ac turbis concivissent maximas; ut imposterum quisque sciret, quomodo credere, & loqui, de nobilissimis istis duabus civitatibus debeat; jussit in Rota primo quoque tempore hac de materia disputari, ac omnem controversiam decidi.

• 08) (205) (90

decidi. Postquam itaque aliquoties
ab utrisque partibus res ad Rotam fu-
set delata, tandem hæc promulgata fuit
sententia

Coram Rev. patre domino Cino.

Die X. Maii. Ccccxi.

Domini unanimis decreverunt ;
Neapolim propter majestatem urbis
debere semper cedere Romæ ; & Ro-
mam Neapoli ob delicias situs. Ro-
mam item confiteri oportere Neapoli
esse plures gentes ; at Neapolim extra
omnem controversiam ponere debe-
re, Romanum inhabitari à majori homi-
num numero. Ingeniis & vinis Nea-
politanis opus esse , ut vellantur Ro-
mam, quo consequantur perfectionem
illa in aula , & ut magis sapient palato-
vitorum magnorum. Romanos ve-
ro ea in parte perfectiores , utpote
etiam si nunquam peregrinati fuerint ,
verissime possint dicere , se orbem uni-
versum peragrasse. Neapolim inter
totius orbis civitates primas obtinere

in

206) (206) (9)

in equis domaindis ; Romam in homi-
nibus astutioribus reddendis. Neapol-
i reperiri plures equites , Romæ plures
sacri ordinis. Inter Romanos nobiles
illos tantummodo titulum equitis mere-
ri, qui signum in pallio gestent. At ve-
ro nullo discrimine omnes istos domi-
nos Neapolitanæ ditionis , utcunque
pallium nulla differat nota, esse equites
nuncupandos ; cum satis illos dignos
tam honorifico reddat titulo ingens illa
crux , quam Hispani illis in carne nuda
imprimerent.

*Dissertatio Nobilis cuiusdam Itali de
Etibus & consiliis Catholici Hispani-
orum Regis.*

Si Italia , sicuti possit , vellet dili-
genter considerare , qualis sit pax
illa , ob quam adeo se extollat ; certe
facile perciperet , debere se tanto ma-
gis dolere ob otium adeo venenosum ,
quo penitus consumeretur , quanto
forte